omnis iniuria licet aut probamus negando aut confitendo toleramus. obstinatisque inlu-
bestis sibi infirmitas sua inuritur. quibus fidelis scriptura non suaserit. Deinde
refuso sub noe in omnem terram mari inmissoque diluuio. cum toto orbe contecto unus
spacium caeli esset ac pelagi. deletum fuisse uniuersum humanum genus paucis in arca
fidei suae merito ad substituendam originem reseruatis. euidentissime ueracissimi doc-
tores scripturis docent. fuisse tamen etiam illi contestati sunt. qui praeterita quidem tem-
pora ipsumque auctorem temporum nescientes. tamen ex coniectura lapidum quos
in remotis montibus conchis et ostreis scabros. saepe etiam cauatos aquis uisere solemus.
coniciendo didicerunt. Et quamuis huius modi adhuc et relatu digna et fide certa
proferri a nobis queant. tamen uelut principalia haec duo de praeuaricatione primi ho-
minis et condemnatione generationis utique eius. ac deinde totius generationis utique
eius. ac deinde totius perditione generis humani dicta sufficiant. tantum ut sicubi
gentiles hystoriae dentis contigerunt aliquo ordine. Hac plenius cum ceteris ip-
so quo incurrerunt ordine proferantur. INCIPIT TEXTUS HISTORIARUM
PAULI OROSII PRESBYTERI AD AUGUSTINUM EPISCOPUM. CONTRA ACCUSATORES TEMPORUM
CHRISTIANORUM

ANTE ANNOS
URBIS CONDITAE
MILLE CCC TOS
NINUS REX ASSY-
RIORUM PRIMUS UT
IPSI UOLUNT

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel

0 1 2 3 4 Gray Scale

© HAB http://diglib.hab.de/mss/80-gud-lat/start.htm?image=00008

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss80-gud-lat/0008